



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XXV. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](#)

S. Ludovicus Rex Galliæ , singulis , quantum  
poterat , diebus aut officio B. V. interfuit ,  
aut privatim absolvit , quovis sabbatho trium  
pauperum pedes lavit , & exosculatus est .  
Plura Mariæ templa erexit , cuius patrocinium  
sepius expertus , in tempestate spectabilem  
vidit , & ab eadem audivit : Ne timeas : ego ero  
auxilium tuum . Nad. an. Cœl . Est , qui etiam  
Regibus dominetur .

S. Ludovice ! quod pro te Deum Mater tua  
Blancha , hoc tu pro me Deiparam ora , ut si  
præviderit me in aliqua occasione peccato  
gravi consensurum , prius è vita discedere pa-  
tiatur . Malo enim mori , quam fœdari . Cer-  
tus , mortem hanc futuram transitum ad bea-  
tam æternitatem , si prius moriar , quam pecca-  
to consentiam . O Sanctissima DEI , & mea ,  
Mater pretiosissima ! ego N. indignissimus fi-  
lius tuus ex toto corde , omnibusque tam cor-  
ris quam animæ viribus centies millies , imò  
infinities te saluto : te omni possibili omnium  
possibilium , &c. sol. 190 .

Ad quod impetrandum : In JESU MARIÆ  
ac Josephi memoriam tribus hodie pauperi-  
bus ope vel spirituali vel corporali succurram .

In exitu animæ meæ de hoc mundo occur-  
re illi Domina , & suscipe illam ; consolare  
eam vultu sancto tuo , ne aspectus Dæmonum  
conturbet eam . S. Bonav. Psalm. 113 .

Quæstio : An corpus Deiparæ sit in cineres  
tedactum ? v. Barrad. 10. 1. in Evg. c. 13 .